



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

35. De Statu Monachorum & Canonicorum regularium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS. XXXV.

De Statu Monachorum & Canonico-
rum Regularium.

Q. 1. *Ad quid vi voti paupertatis obligentur Religiosi? Resp.* Postquam actum est in hunc priorum titulo de votis, in hoc de iis tractatur, ad quid nimirum Religiosi, qui hinc hinc Mine *Monachorum & Regularium* veniunt, in statu suo, id est, in *stabili sua vivendi ratione* teneantur; ac 1. quidem in genere *voto paupertatis* Religiosi omnes solenniter professi obligantur, ne quid proprium habent aliquo tanquam proprio utantur. Trid. *de Regular. c. 2. 4. 6. h. t.* 2. In quod Religiosi proprii nihil habere possunt, non ex alio, quam ex ordinatione Ecclesie *text. cit.* quæ afficit solos Religiosos in particulari, Communitates enim (exceptis PP. Minorum de Observantiâ, PP. Capuc. Domibus Praedicatorum S. J.) sunt capaces bonorum temporalium mobilium quàm immobilium. Trid. *l. cit. c. 3.* 3. Quod Religiosi in particulari nihil proprium habere possint, intelligitur circa res temporales externas, *bona fortuna* dictas, quia jus eligendi & præsentandi, titulum beneficii &c. acquirunt & retinere possunt; neque per Professionem *ipso* honori ac famæ renuntiat. 4. Scholasticus Soc. JESU, etsi veri Religiosi pauperes sint, continent tamen ad aliquod adhuc tempus dominium rerum

XV. rerum suarum, non tamen liberum earum suum
 ia quidem, ut vel *invalide*, ut putant Mol. Less.
 Haun. &c. vel *saltem illicitè*, ut volunt Suar.
 Sanch. Laym. Schmalzgr, absque superiorum vo-
 luntate de iis disponant. Vid. Bull. Greg. XIII.
 Quando *fructuosius. & Ascendente*. Quòd nulli
 Religiosi post emissa vota re tanquam propriã
 e iis in se haberi valeat, intelligitur, eos peccare vel graviter
 qui hoc vel leviter pro ratione materiæ, si quid accipiant,
 venient, absument absque superioris licentiã vel
 expressã, vel *tacitã*, ita omnes. Imò ad vitandum
 peccatum proprietatis juxta Schmalzgr. *h. n. 28.*
 sufficit licentia superioris præsumpta, etiam dum
 potest commodè adiri superior, modò præsumi
 possit non esse absolutè invitus, arg. *L. 46. §. 7.*
de jurt. & quia talis disposito non fit nomine
 proprio. Idem *n. 14. h. t. & seq.* decidit, licitum
 esse Religiosis habere peculium & præstationes
 annuas de licentia superioris, modò & istud &
 istæ sint revocabiles ad nutum, & superioribus
 consignentur. 6. Pœnæ Religiosi proprietarii ex-
 primuntur in *c. 1. & 6. h. t. Trid. Sess. 25. de Re-*
gul. expulsio tamen è monasterio c. 6. h. t. statu-
ta non amplius obtinet.

Q. 2. *Ad quid obligetur Religiosus vi voti Ca-*
stitatis? Resp. 1. Religiosi per hoc votum obli-
 gantur abstinere ab omni delectatione venerea
 tam internã quàm externa, tam intra, quàm ex-
 tra matrimonium; ita ut Religiosus contra casti-
 tatem peccans duo committat peccata, luxuriæ
 & Sacrilegii. 2. Ex defectu advertentiæ &

N 3 deli-

deliberationis potest quidem peccatum
 contra castitatem committi, non tamen ob
 tatem materiae. Rationes Schmalzgr. *h. n. 41*
 tandum hic venit *c. 6. h. t.* ratione dispensat
 de qua cit. Auctor plura à *n. 47.*

Q. 3. Ad quid vi voti Obedientia
obligetur? Resp. 1. Ad omnia præstanda
 perior præcipit, si iusta, honesta, &
 aut Instituto sint conformia. Laym. *L. 4. c. 9. n. 1.*
adeóque si superior tam medius
immediatus præcipiat talia, quæ vel directè
indirectè, ex - aut implicitè in Regula
tur, obediendum est, non tamen si ultra
lam quid præcipiat; quia ad hoc Religiosus
votum obedientiæ se non obligare voluit;
obligavit. 2. Tenetur Religiosus ex voto
obedienciæ ad servandas regulas & Constituciones
quæ sub peccato ex intentione fundatorum
gant; non tamen peccabit per se loquendo
ter Religiosus, qui ex consuetudine transgre-
tur regulas aut sub nullâ culpâ, aut tantum
levi obligantes. Ratio, quia talis non
transgredi obligationem sub gravi. 3. Violat
voti obedientiæ plures continet malitias, præ-
tim transcendentales, sed hæc tractant Trid.
de peccat.

Q. 4. Quanam alia circa Regulares
sexus de jure comm. statuta sint? Resp. 1. Sec
 privilegiis subjecti sunt Episcopo, *c. 2. h. t.*
 sunt pro pretio recipiendi. *c. 1. h. t. de Capit*
 Provincialibus Regularium, de visitationibus

modo visitandi agit *c. 6. & fin. h. t. de Monialium*
 visitationibus *Clem. 2. h. t. Trid. Sess. 25. c. 9. de*
h. n. 42. Regular.
Resp. 2. Circa clausuram Monialium & egres-
 sum illarum ex Monasteriis statuta sunt seqq. 1.
 Omnes & solæ Moniales Professæ tenentur tam
 strictè ad clausuram, ut extra monasterii sui septa
 & Regis non liceat sine gravi causâ & licentiâ egredi.
 L. 4. 2. *Causa gravis est morbus talis, ut non possit*
 Monialis cum reliquis absque gravi periculo seu
 scandalo commorari; it. incendium, incurtio
 hostium; coloniæ aliò ducendæ &c. 3. Licentiam
 concedit Episcopus potestate ordinariâ, si Mo-
 niales ipsi subjectæ sint; delegatâ, si sint exem-
 ptæ: ejus loco Vicarius Generalis. Requiren-
 da & obtinenda est hæc licentia semper, nisi cau-
 sa sit manifesta & periculum tam urgens, ut
 moram non patiatur; quia hoc casu necessitas
 non habet legem. 4. Moniales clausuram vio-
 lantes, iisque cooperantes incurrunt ipso jure ex-
 communicationem reservatam; per sententiam
 declaratoriam privationem dignitatum, Admini-
 strationum, officiorum superioritatem habentium.
 Habentur hæc *c. un. h. t. in 6. Trid. Sess.*
25. c. 5. de Regular. Constit. Pii V. Pastoralis &
Decori. 5. Quoad ingressum aliarum persona-
 rum in Monasteria Monialium absolutè statuitur
c. un. h. t. in 6. ne ulli personæ ad ea monasteria
 accessus pateat absque justa causa (quæ in neces-
 sitate consistit) & absque licentiâ, & quidem, ut
 Trid. addidit *Sess. 25. c. 5. de Regular. in scri-*
 ptis

ptis obtenta. Exceptiones, & limitationes
apud Schmalzgr. à n. 112. h. t.

TITULUS XXXVI.

De Religiosis Domibus, ut Episcopo
subjectæ.

Q. 1. *Quanam dicantur in presenti domus
religiosa? Resp.* Nomine *domus Religiosa*
quâ hic agitur, postquam in superioribus de
fessione & statu Religiosorum tractatum,
in genere locus divino culti vel aliis piis
authoritate Episcopi destinatus, c. 4. h. t. Ubi
cui ille sit consecratus, dicitur *domus sacra*; si
tamen authoritate tantum Episcopi erecta, nec
sacramentum consecrata, in specie vocatur *domus
religiosa*; si nec auctoritas Episcopi intervenit
in consecratione, propriè *domus pia* appellatur. h. t. n. 1. ubi pariter, quod in dubio, num
auctoritas Ecclesiastica intervenerit, id ex contextu
possit colligi. *Ibidem* quædam habet notitia
de Oratoriis privatis.

Q. 2. *An & cui Episcopo sint subjecta
Monasteria, aliâque loca pia? Resp.* 1. Jurisdictione
Episcopi diœcesani subsunt *de jure communi*
Monasteria, Ecclesiæ, & loca pia, si hac auctoritate
Episcopi sint erecta, ita ut, si quæ exemptiones
præendant, probatio ipsis incumbat. c. 3. 4. h. t.
2. Ecclesia vel Monasterium alterius diœcesanos
Ecclesiæ vel Monasterio unitum, manet sub